

Honestissime conventus, carissimi abituri abituraeque!

„Cum maiores virtutem claram in imperio patefieri volebant, prius rem publicam ordinabant. Cum rem publicam ordinari volebant, prius familiam ordinabant. Cum familiam ordinari volebant, prius se ipsos perficiebant.“

Quae sententia Confucii, quem virum Asiae sapientissimum fuisse constat, est ianua omnis renovationis, sive rei publicae, sive rerum oeconomicarum, sive morum, sive eruditio- nis. Ad extremum semper necesse est incipi ab homine singulari, qui – imperfectionis vitiosi- tatisque conscius – ad errores corrigendos paratus esse debet. Itaque libere confiteor nos, qui secundo bello orbis terrarum finito adolevimus vel nati sumus, cum ut parentes tum ut docen- tes multum erravisse. Surreximus, ut omnia meliora redderemus – et multa, ne dicam: pluri- ma, delevimus: auctoritatem, reverentiam, industriam, rationem reddendam, pietatem, munera praestanda, humanitatem, iustitiam, constantiam etc.

Appetebamus libertatem – et licentiam adepti sumus.

Appetebamus securitatem – et avaritiam adepti sumus.

Appetebamus opulentiam – et desidiam adepti sumus.

Appetebamus communitatem – et arrogantiam adepti sumus.

Appetebamus liberalitatem – et turpitudinem adepti sumus.

Appetebamus peritiam – et levitatem adepti sumus.

Appetebamus effectum sui – et cupiditatem sui adepti sumus.

Appetebamus rationem sibi tantum reddendam – et odium fugamque omnis rationis reddendae adepti sumus.

Praeclare perversio omnium propositorum, quae homines post secundum orbis terra- rum bellum viventes appetebant, describitur tribus carminibus, quae adulescentes adulescenti- bus composuerunt, at vero non eo consilio solo, ut mores huius saeculi significarentur, sed ut haec iuventus eos imitaretur:

„Te porcum esse in hoc mundo necesse est,“ ibi cantant, vel „Omnes omnia sciunt, ne- mo peritus est,“ denique „Quod meriti sumus.“

Immo vero, ista est via prava, quasi „accomodatio ad ima“, ex contrario postulatio rec- ta fit: Si quid in civitate falsum cognitum est, non licet homini accomodari, sed oportet eum, si intellexerit hoc vitium etiam se ipsum invasisse, etiam se ipsum principem corrigendum suscipere. Quod significare voluit iam ante duo fere milia annorum et quingentos Confucius supra commemoratus: Sive homo imago civitatis est, sive civitas summa hominum est, relatio eadem manet; quare renovatio via a Confucio descripta perficienda est.

Consuevimus continuo parvas iniurias committere moresque neglegere, sed sceleri- bus „vere magnis“ commissis summa voce leges graviores persecutionemque horri- dam postulamus. – **Nonne melius est** prius memoriam semper probe cogitandi et a- gendi repetere?

Consuevimus laborem putare molestam interruptionem otii, scholam putare mo- lestam interruptionem remissionum. – **Nonne melius est** denuo agnoscere otium exo- riri e muneribus fungendis et prius pariendum esse opera et labore?

Consuevimus semper ubique iura nostra exigere neque mutuuum officium praestare. – **Nonne melius est** de officiis servandis cogitare, priusquam iura convenientia exigas?

Consuevimus originem rationemque vitiorum nostrorum semper ex aliis quaerere vel fatum solum regnans credere. – **Nonne melius est** denuo tandem partibus suis aliorumque fungi neque semper rem publicam statim inclamare?

Consuevimus iudicia etiam iure meritoque acta non iam ferre, alios autem parvis vitiis commissis deridere et immodice, immo vero quasi delendos iudicare. – **Nonne melius est** illa litterarum sanctarum verba reminisci: „Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, et trabem in oculo tuo non vides?“ (Matth. 7,3/Luc. 6,41) vel illam Phaedri fabulam de duabus peris (4,10)?

Ut plura non dicam: Renovare non est alios aequales aut posteros mutare, sed prius meditari et se ipsum corrigere. Sed quomodo hoc fieri debet? Verba Confucii mihi complenda sunt: „Cum maiores se ipsos perfici volebant, prius animos probos reddebant. Cum animos reddi volebant probos, prius cogitationes veras reddebant. Cum cogitationes reddi volebant veras, prius scientiam perficiebant.“ Hanc alteram verborum laudatorum partem fidenti animo appelles educationem et eruditionem; utraque numquam desinit, utraque semper ad omnes homines viventes pertinet: non est munus, quod adulti soli liberis solis praestare debent.

Quam cogitationem vobis ad vitae viam faciendam una mittere volo et insuper hanc imprimis: Ars et scientia – eruditio mentis – numquam dividenda est a consuetudine, moribus, iustitia, humanitate – ne longus sim: a cultu animi. Ne vos desides reclinaveritis conscii rerum partarum neve permiseritis aut condicionem vestram aut vos ipsos aut postea liberos vestros aliis corrigendos!

Audete igitur ipsi agere, et si quando vivatis coniuncti cum liberis, sive ut parentes, sive ut educatores, sive ut magistri, sive ut adulti tantum, respicite verba, quae Khalil Gibran, philosophus Libanensis, locutus est:

Liberi tui non sunt liberi tui.
Sunt filii filiaeque
desiderii sui ipsorum.
Veniunt per te,
sed non abs te.
Quamquam apud te sunt,
non tui sunt.
Amorem tuum eis dare potes,
sed non cogitationes tuas,
nam cogitationes proprias habent.

Christiano, carissimo filio,
pater h. o. f.

Hochverehrte Festversammlung, liebe Abiturientinnen und Abiturienten!

„Wenn die Alten die lichte Tugend offenbar machen wollten im Reich, ordneten sie zuerst ihren Staat. Wenn sie den Staat ordnen wollten, regelten sie zuerst ihre Familie. Wenn sie ihre Familie regeln wollten, vervollkommneten sie zuerst ihre eigene Person.“

Diese Aussage des Konfuzius, der sicher der weiseste Mann Asiens gewesen ist, enthält den Schlüssel zu jeder Reform, sei es des Staates, der Wirtschaft, der Moral oder der Bildung. Der Ansatzpunkt ist letztlich immer die einzelne Person, die sich ihrer Unvollkommenheit und ihrer Fehler bewußt und dementsprechend zur Korrektur bereit sein muß. So gestehe ich freimütig, daß wir, die wir nach dem Ende des Zweiten Weltkrieges aufgewachsen oder geboren sind, als Eltern und als Lehrer viele Fehler gemacht haben: Wir sind angetreten, alles besser zu machen - und haben vieles, um nicht zu sagen: das meiste, zerstört: Autorität, Respekt, Fleiß, Verantwortung, Pflichtbewußtsein, Leistungswille, Menschlichkeit, Gerechtigkeit, Standhaftigkeit usw.

Wir erstrebten Freiheit – und erreichten Zügellosigkeit.

Wir erstrebten materielle Sicherheit – und erreichten Besitzgier.

Wir erstrebten Wohlstand – und erreichten Bequemlichkeit.

Wir erstrebten Solidarität – und erreichten Anspruchsdenken.

Wir erstrebten Liberalität – und erreichten Unmoral.

Wir erstrebten Kompetenz – und erreichten Oberflächlichkeit.

Wir erstrebten Selbstverwirklichung – und erreichten Egoismus.

Wir erstrebten Selbstverantwortung – und erreichten Verantwortungslosigkeit.

Treffend wird die Perversion der Ziele der Nachkriegsgeneration beschrieben in drei Liedern, die junge Leute für junge Leute komponiert haben – leider nicht bloß als Spiegel des Zeitgeistes, sondern als nachahmenswertes Ziel für die jetzige Jugend:

„Du mußt ein Schwein sein auf dieser Welt,“ heißt es da, oder: „Alle wissen alles, keiner weiß Bescheid,“ und schließlich: „Das hammer uns verdient.“

Nein, das ist der verkehrte Weg, sozusagen die „Anpassung nach unten“, umgekehrt bekommt die Forderung einen Sinn: Wenn in der Gesellschaft etwas als falsch erkannt wird, darf sich der einzelne nicht anpassen, sondern muß, falls er den Fehler sogar schon bei sich selbst feststellen sollte, gerade bei sich selbst mit der Korrektur beginnen. So hat es der einleitend zitierte Konfuzius bereits vor etwa 2.500 Jahren gemeint: Egal, ob der einzelne ein Spiegelbild der Gesellschaft ist oder die Gesellschaft die Summe der einzelnen darstellt – die Abhängigkeit bleibt dieselbe, und deshalb muß eine Erneuerung den von Konfuzius beschriebenen Weg gehen.

Wir haben uns daran gewöhnt, ständig kleine Ungerechtigkeiten zu begehen und uns über das Sittengesetz hinwegzusetzen, schreien aber bei den „wirklich großen“ Verbrechen nach immer härteren Gesetzen und rigoroserer Verfolgung. **Wäre es nicht besser**, sich selbst erst wieder auf allzeit redliches Denken und Handeln zu besinnen?

Wir haben uns daran gewöhnt, Arbeit als unliebsame Unterbrechung des Urlaubs, Unterricht als unliebsame Unterbrechung der Pausen anzusehen. **Wäre es nicht besser**, wieder anzuerkennen, daß Freizeit aus Leistung resultiert und erst einmal verdient werden muß?

Wir haben uns daran gewöhnt, immer und überall auf unsere Rechte zu pochen, ohne eine Gegenleistung zu erbringen. **Wäre es nicht besser**, erst an seine Pflichten zu denken und dann die angemessenen Rechte einzufordern?

Wir haben uns daran gewöhnt, Schuld und Verantwortung für unsere eigenen Fehler immer bei anderen zu suchen oder in einen Fatalismus zu verfallen. **Wäre es nicht besser**, endlich wieder Verantwortung für sich und für andere zu übernehmen und nicht immer gleich nach dem Staat zu schreien?

Wir haben uns daran gewöhnt, auch berechtigte Kritik nicht mehr zu ertragen, andere aber wegen kleiner Fehler lächerlich zu machen und maßlos, ja sogar vernichtend zu kritisieren. **Wäre es nicht besser**, an das Bibelwort zu denken: „Was siehst du den Splitter im Auge deines Bruders, und den Balken in deinem Auge bemerkst du nicht?“ (Matth. 7,3/Luc. 6,41) oder an die Phädrus-Fabel von den zwei Säcken (4,10)?

Um nicht noch mehr zu sagen: Reformieren heißt nicht, die anderen Zeitgenossen oder die nachfolgende Generation zu verändern, sondern zuerst sich selbst zu besinnen und zu korrigieren. Aber wie soll dies geschehen? Ich muß das Zitat des Konfuzius vervollständigen: „Wenn die Alten ihre eigene Person vervollkommen wollten, machten sie zuerst ihr Herz rechtschaffen. Wenn sie ihr Herz rechtschaffen machen wollten, machten sie zuvor ihre Gedanken wahrhaftig. Wenn sie ihre Gedanken wahrhaftig machen wollten, vervollständigten sie zuvor ihr Wissen.“ Diesen zweiten Teil des Zitates könnte man getrost als Erziehung und Bildung bezeichnen; beides hört niemals auf und betrifft immer alle lebenden Menschen: Es ist keine Aufgabe, die nur die Erwachsenen nur an ihren Kindern vollziehen müssen.

Dies möchte ich Euch auf Euren Lebensweg mitgeben und besonders noch einen Gedanken: Fachwissen – Bildung des Geistes – darf nie getrennt werden von Sitte, Moral, Gerechtigkeitssinn, Menschlichkeit – kurz gesagt: von der Bildung des Herzens. Lehnt Euch nicht bequem zurück im Bewußtsein des Erreichten, und überlaßt nicht die Verbesserung der bestehenden Verhältnisse, Eurer selbst oder später Eurer Kinder anderen!

Habt Mut, selbst zu handeln, und bedenkt beim Umgang mit Kindern, sei es als Eltern, Erzieher, Meister oder einfach als Erwachsene, den Ausspruch des libanesischen Philosophen Khalil Gibran:

**Deine Kinder sind nicht deine Kinder.
Sie sind die Söhne und Töchter
der Sehnsucht nach sich selbst.
Sie kommen durch dich,
aber nicht von dir.
Obwohl sie bei dir sind,
gehören sie dir nicht.
Du kannst ihnen deine Liebe geben,
aber nicht deine Gedanken,
denn sie haben ihre eigenen Gedanken.**

Dir, lieber Christian,
von Deinem Vater.

Worms, den 20.06.96